

nuntiauit in centurione. quia ait. Vere filius dī erat  
iste. Totum igitur hunc locum. aut ad simplicem  
intellectum istius flatus. qui uiuendo hauritur.  
aut ad mysterium dominici corporis referre debe-  
mus. Nam si hic creatum dixiss& sp̄m sc̄m. utiq&  
alibi idem scriptura declarare potuiss&. sicut de  
filio dī frequenter legimus. quia secundum carnē  
& factus ē & creatus. Cuius tam maiestatem in eo  
ipso quod carnem prono bisscepit. considerare  
nos conuenit. ut diuinam potentiam in ipsa corporis  
assumptione uideamus.

VII.

**E**t enim sicut legimus. quia creauit pater incar-  
nationis dominice sacramentum. creauit & sp̄s.  
Ita & iam legimus. quod & ipse suum corpus creauit.  
**C**reauit enim pater. secundū quod scriptum est.  
Dñs creauit me. Et alibi. Misit dñs filium suum  
factum ex muliere. factum sub lege. Creauit  
& sp̄s illud omne mysterium. secundum quod le-  
gimus. quia inuenta ē maria. in utero habens  
despūscō. Habet quia creauit & pater. creauit  
& sp̄s. accipe quia creauit & filius dī. dicente.